

nibus Prælatorum, præfatorum, et Curatorum,
 esset standum Episcopi voluntati, et non Præ-
 latorum Ordinis. Secundo sequeretur, quod Præ-
 lati Superiores liberam non haberent super
 suos subditos potestatem, illam scilicet quam
 sibi tradit regula, et quam Fratres se præstatu-
 ros suis Superioribus, promisserunt. Ex quo
 Prouincialis nulli loco posset deputare quem-
 nis suum subditum pro exercenda animarum
 cura, sine Episcopi cōsēsu, ac præuio examine.
 Deinde ex hoc sequeretur, quod quando pro ali-
 qua iusta causa aliquis subditus esset de aliquo
 loco remouendus, siue ut ex subdito fiat Præla-
 tus, siue pro alia causa, in qua Prouincialis for-
 san utitur dicto Scoti in. 4. d. 21. quæst. 2. lo-
 quentis de Abbate sciente, quod non expedit ali-
 cui suo monacho in aliquo manere loco, hoc
 non posset facere Prælatus, sine Episcopi licen-
 tia: quoniam ipse Episcopus non sineret ali-
 os Fratres intrare loca, in quibus de præsentī
 aliquem detinet Fratrem ouium curā exercen-
 tem, & sic esset in præiudiciū obedientiæ, & in
 præiudiciū Ordinis, & monastici status.

Quia forte talis esset persona, quam
 Episcopus in aliquo detinet loco, nolens
 alium sui ordinis Fratrem ibi ingredi,
 qui